

tia est: Quām compertē sapientiæ la-  
chrymosæ serō pœnitentium quærelæ, &  
miserabiles patrimoniorum casus indi-  
cant, eorum qui pro aliis sponserunt:  
Idem cum ab eo quæreretur: Nunquid  
operationes hominum laterent Deos?  
Ne cogitationes quidem ait: Quo ta-  
cite monemur, non minus abdita men-  
tium, quām exteriora corporum actu-  
umque introspicientis Dei oculis ap-  
probare, nullam in latebris spem ha-  
bentes.

## BIAS PRIENNEVS.

**B**lantis Priennæ dictum est: Plures  
mali. De cuius scilicet dicti veritate  
nemo ambigit, qui modò inter homines  
educatus fit, quorū ex millibus quot re-  
perire liceat bonos, utinam minus eui-  
dens foret: Parum abest quin melius fuis-  
se videatur: Omnes mali: Eò enim per-  
uentum est, ut bonus habeatur, quisquis  
distat à pessimo. Eiusdem est vox illa fa-  
mosissima: Cum enim patria eius expug-  
nata & incensa, omnes eius quos clavis  
publicæ fortuna subduxerat, chariorum  
rerum sarcinulas efferrent, atque ipsum  
vacuum abeuntem, ut idem faceret mo-  
nrent: Ita, inquit, Bias facio, omnia mea  
mecum